



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus  
Venetiis, 1706**

[In Præfatione.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

## T I T U L U S X.

## de Parocho.

In Præfatione.

## S U M M A R I U M .

- 1 Episcopi olim nuncupabantur Parochi.  
2 Parochi tenentur retinere, & custodiare  
Libros Parochiales, qui plenè probant ea,  
que ad officium Parochi pertinent.

**P**Aruchus, qui ex Greaco vocabulo,  
quasi Incola, seu Habitator, ex notatis à Pac. Jord. lucubr. tom. 2. lib. 10. tit.  
40. num. 4. (& sub quorum nomine etiam  
Episcopi olim in Ecclesia non per exten-  
sionem metaphoricam, seu analogicam,  
prout hodie, sed nuncupatione propria gu-  
bernacula tenebant, ut habetur ex Can. 6.  
Concilii Vernensis sub Stephano III. an. 756.  
& ex Can. 42. & 45. Concilii Parisiensis sub  
Gregorio IV. anno 829. celebratis J quinque  
Libros, qui Parochialis nuncupantur, ha-  
bere, & retinere debet. In quorum pri-  
mo, status Animarum Parochiæ conscribi-  
tur, & hic, si non in singulis annis,

triennio saltem renovatur. In secundo,  
Baptizatorum nomina describuntur. In  
tertio, Confirmatorum. In quarto, Con-  
trahentium Matrimonia. In quinto, Mor-  
tuorum, quos omnes legaliter tentos cu-  
stodire tenetur, ut docet Zecch. de Republ.  
Eccles. tit. de Paroch. cap. 28. n. 23. vers.  
Idem quoque.

2. Legaliter tunc dicuntur dicti Libri  
retenti, si benè compacti, & cartulati  
alium titulum non habent, nec aliquid  
aliud extraneum ibidem non adnotetur,  
suntque authentici, & plenè probant ea,  
que ad officium Parochi pertinent, ut ad-  
vertit Pac. Jord. lucubr. 3. lib. 14. tit. 20. n. 48.  
Adden. ad Pamph. decif. 456. n. 7. 8. & 9.

Formulæ autem, quibus describendæ  
sunt particulæ Baptizatorum, Confirmato-  
rum, Contrahentium Matrimonia, ac  
Mortuorum, possunt esse infra scriptæ, quæ  
hic apponuntur, non solum pro instruc-  
tione Parochorum, sed Episcoporum, & alio-  
rum Diœcesim visitantium, ut possint eos  
dem Libros ad debitam formam redu-  
re, quatenus male, & inscr̄te retentos (ut  
sæpè, & sæpiissime accedit) inveniant.

## Descriptionis natorum, &amp; Baptizatorum.

## F O R M U L A I.

**D**ie . . . . . mensis . . . . . anni . . . . . Ego N. Parochus Ecclesiæ N.  
baptizavi infantem natum in hac mea Parochia die . . . . hora . . . .  
(quatenus sciri possit) ex N. & N. legitimis conjugibus hujus Civitatis, cui  
impositum fuit nomen N. Patrinus fuit N. de Parochia N. & Matrina N.  
de Parochia N.

Natt